

CODEX 138. olim signatus 6/19.

Foliorum 110, 168 : 118 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. Codicem ornant tituli rubricati et eiusdem coloris litterae initiales, inter quas duae sunt maiores optime delineatae.

1° Liber (I. et II.) retractationum sancti Augustini episcopi.
Fol. 1—73.

Jam diu est ut facere cogito atque dispono, quod nunc adiuvente domino — alios a me dictatos retractare coepissem. *P. L. 32, 583—656.*

2° Liber sancti Augustini de poenitentia. *Fol. 73—110'.*

Hic tractatus ex scriptis praecipue s. Hipponensis episcopi et aliorum patrum necnon ex decretis summorum pontificum concinnatus incipit: Quam sit utilis et necessaria poenitentiae medicina, facillime homines intelligunt, si homines se esse meminerint . . . Ultimum caput: Quomodo sit relaxandum poenitenti. (rubr.) Greg. pp. in decretis suis. Nullus presbyter aut laicus poenitentem invitet vinum bibere — quos vivos ad infernum descendere legitis.

CODEX 139. olim signatus 6/24.

Foliorum 72, 166 : 120 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod docent versus sequentes fol. 1:

Cernere te domine da Frowino sine fine,
Cui mens patrandi fuit hunc librum meditandi.

Praeter titulos rubricatos et litteras initiales rubei coloris in capite singulorum librorum codex omni ornatu caret.

Domini Bernardi Claraevallensis abbatis de consideratione.

Subit animum dictare aliquid quod te, papa beatissime Eugeni — is sit finis libri, sed non finis quaerendi. *P. L. 182, 727⁷—808.*
